

Veni Creator Spiritus: Rabanus Maurus 9th century

Hymn
8



V e-ni Cre- á-tor Spí-ri-tus, Méntes tu-ó-rum vís i-ta:
Imple su-pér-na grá-ti-a Quae tu cre- á-sti pécto-ra.

Veni, Creator Spiritus mentes tuorum visita,
imple superna gratia quae tu creasti pectora.

Qui diceris Paraclitus, Altissimi donum Dei,
fons vivus, ignis, caritas, et spiritalis unctio.

Tu septiformis munere, digitus paternae dexteræ,
tu rite promissum Patris sermone ditans guttura.

Accende lumen sensibus, infunde amorem cordibus,
infirma nostra corporis virtute firmans perpeti.

Hostem repellas longius pacemque dones protinus;
ductore sic te praeviso, vitemus omne noxium.

Per te sciamus da Patrem, noscasmus atque Filium,
teque utriusque Spiritum credamus omni tempore.

Deo Patri sit gloria, et Filio qui a mortuis
surrexit, ac Paraclito, in saeculorum saecula. Amen.